

Bernhardus monachus de Bozowe. Albertus abbas. Hermannus monachus de Burglin. Theodericus comes de Somersenburg. Meinherus burgravius de Misne. Erkhenbertus burgravius de Dewin. Albertus de Drevze. Hermannus de Saleg. Heinricus de Stechowe. Ramuoldus de Mochowe. Laudo de Dobelin. Borezlaus et Hermannus
 5 frater eius de Scheniz. Petrus et Tammo de Noscin. Boris de Zbor et Magnus filius eius. Heinricus de Rodewaz. Bernhardus de Trebecin et Heinricus filius eius. Rōdolfus et Ludolfus de Batin. Bronzlaus de Zhadele et Thipoldus frater eius. Albertus de Born et Heinricus frater eius. Herbordus de Pilazewiz. Otto de Kinz. Heinricus de Reciz. Guncelinus et Theodericus de Greuz. Iohannes de Rocheliz. Arnoldus de
 10 Zlowin. Heinricus de Sassenberg. Cōnradus Spansel. Isenhardus de Clouelokesdorp et alii quam plures tam laici quam clerici, tam ministeriales quam liberi. Acta sunt hæc in Cella sanctę Marie sub abbate Matheo anno ab incarnatione domini M. CC. III., indictione VI., kal. aprilis, monarchiam mundi tenente domino nostro Iesu Christo; amen.

(S.)

15

66.

Papst Innocenz III. nimmt den Landgrafen von Thüringen in seinen besonderen Schutz und will nicht, daß über ihn und sein Land Exkommunikation und Interdikt ausgesprochen werde ohne offenbare Ursache. **Lateran (Rom), 1203 April 11.**

Hdschr.: Reg. Innoc. III. No. 5 fol. 56 No. 42. Vatikan. Archiv.

20 *Gebr.: Bréquigny, Dipl. Innocenti III. II. 1,262; ed. Migne 2,46. Pothast 1883. Böhmner-Ficker 5832.*

Langravio Thuringie. Tuę devotionis merita promerentur, ut in quibus honeste possumus favorem tibi apostolicum impendamus. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis precibus annuentes, personam tuam cum omnibus bonis suscipimus etc. *in modum protectionis*, auctoritate tibi presentium indulgentes, ne quis in te vel terram tuam excommunicationis vel interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa proferre presumat.
 25 Semper etiam ammonitio canonica premittatur, nisi fuerit talis excessus, qui iudicarium ordinem non requirat. Concedimus insuper ut, quotiens te gravari presenseris, libere tibi liceat sedem apostolicam appellare. Quod si quisquam in te vel terram tuam post appellationem ad nos legitime interpositam sententiam aliquam duxerit promulgandam, eam
 30 decernimus nullam esse. Tandiu autem indulgentiam nostram robur obtinere volumus firmitatis, quamdiu nobis et ecclesie Romane obediens fueris et devotus. Nulli ergo etc. *protectionis et concessionis etc.* Datum Laterani III. id. aprilis.